

/ Admodum R^{de} Domine ac veluti frater. Literas episcopi Vratis-
laviensis ad cardinalem Baronium et ad me d atas accepit ipse illus-
trissimus Card. Baronius, cum ego Roma abessem, e t procuravit dili-
genter quod petebatur. Neque est difficile à S^{ta} Apostolica Sede
5 eiusmodi facultates impetrare, quae salutis animarum deserviunt, c
cum salus animarum omnium nostrorum officiorum finis sit. Si quid
in expedienda facultate morae fuit, id totum notariorum occupatio-
nibus tribuendum est. Consobrinus tuus mihi semper commendatissi-
mus erit, modo ipse sibi non desit, et cum occasio vacationis se
10 offeret, ad me veniat, et quid me facere velit, libere significet.
Vale R^{de} Dñe , et me apud Deum precibus tuis iuva. Datum Romae die
p^o decembris 1605.

Uti frater in Christo

Robertus Card. Bellarminus.

15 Gregorius Pernitius Can^s (alia manu)

Berlin

Minute autogr. avec ratures.

Photographia Arch. P. U. G.

cf. 21 Oct. 1605.